

Probi Emilij liber de excellentissimis ducibus exterarum gentium feliciter incipit.

NON DVBITO fore plerosq3
Attice qui hoc genus scripture
leue, et nō satis dignū sūmoꝝ
uiroꝝ psonis iudicēt, cū relatū
legēt qs musicā docuerit Epa-
minundā, aut ī eius uirtutibꝰ
cōmemorari saltasse eu3 cōmode, sciēter q3 Tybijs cātasse.
Sed ij erūt ferē q expertes lrāꝝ Grecaꝝ nihil rectū, nisi q
eoꝝ moribꝰ cōueniat, putabūt. Hi si didicerīt nō eadē oībꝰ
ēē honesta, atq3 turpia, s3 oīa maioꝝ īstitutis iudicari, nō
admirabunt nos ī Graioꝝ uirtutibꝰ exponēdis mores
eoꝝ secutos. Neq3 .n. Cimoni fuit turpe Atheniensium
sūmo uiro sororē germanā habē in matrimonio, qppe cū
ciues eiꝰ eodē uterent instituto. At id qdē nr̄is moribꝰ
nefas habet. Laudi ī Grecia ducit adolescētulis q3plios
habē amatores. Nulla Lacedemoni taz ē nobilis uidua,
q non ad scenā eat mercede cōducta. Magnis ī laudibꝰ
tota ferē Grecia fuit uictorē Olypie citari. In Scenā uō
prodire, & pplo ēē spectaclo nemini ī eisdē gētibꝰ fuit tur-
pitudini. Que oīa apud nos partī3 īfamia, ptī humilia,
atq3 ab honestate remota ponunt. Quē .n. Romanoꝝ
pudet uxorē ducē in cōuiuiū? Aut cuiꝰ non mrfamilias
pmū locū tenet edium? Atq3 ī celebritate uersatur? q mlto
fit aliť in Grecia. Nā neq3 ī cōuiuiū adhibet nisi ppinquoꝝ.

Contra ea pleraq3 nr̄is
moribus sunt de...
q apd illos turpia p...




quod cursorem eius generis qui ημεροδρομοι vocant, Lacede- Himerodromi Cursores tabellarij a Cursu dicti.
monem miserunt ut nuntiaret quam celeri opus esset auxilio. Do-
mi autem creati praetores qui exercitui praeessent. In his Milcyades.
Inter quos magna fuit contentio utrum moenibus se defenderent
an obviam irent hostibus, acieque decernerent. Unus Milcyades
maxime nitebatur, ut primo quoque tempore castra fierent. Id si factum esset
et civibus animum accessurum, cum viderent de eorum virtute non desperari.
et hostes eadem de re fore tardiores, si animadverterent ~~audiri~~
adversus se tam exiguis copiis dimicari. Hoc in tempore nulla
civitas Atheniensibus auxilio fuit praeter Platreenses. Ea mil- χιλιαδα
le misit milites. Itaque horum adventu .x.^m^. armatorum completa
sunt. quae manus mirabili flagrabat pugnandi cupiditate. quo
factum est ut plus quam collegae Milcyades valuerit. Eius
auctoritate impulsi Athenienses copias ex urbe eduxerunt.
locoque idoneo castra fecerunt. Deinde postera die sub mon-
tis radicibus acie e regione instructa nova arte vi summa
prelium commiserunt. nam arbores multis locis erant rare hoc
consilio ut et montium tegerentur altitudine, et arborum tractu eq-
tatus hostium impediretur. nec multitudine clauderetur. Da-
this etsi non equum locum videbat suis, tamen fretus numero copiarum
suarum confligere cupiebat. eo quidem magis quod prius quam Lacedemo-
nij subsidio venirent dimicare utile arbitrabatur. Itaque in acie
peditum centum, equitum .x.^m^. produxit, preliumque commisit. In quo
tanto plus virtute valuerunt Athenienses, ut decemplicem numerum
hostium profligaverit. Adeo quod perterruerint ut Perse non castra
sed naves petierint. Qua pugna nihil adhuc est his nobilius.



Plinij Veronensis de Viris illustribus Liber
incipit feliciter In nomine domini

PRoca Albanorum rex Amulium, et
Numitorem filios habuit. quibus annu-
is uicibus habendum regnum reliquit
ut alternis imperaret. Sed Amu-
lius fratri imperium non dedit. Et
ut sobole priuaret, filiam eius Ream
Siluiam Veste sacerdotem prefecit. ut uirginitate perpe-
tua teneretur. que a Marte compressa Remum, et Romulum
edidit. Amulius ipsam in uincula compegit. paruulos in Tybe-
rim abiecit, quos aqua in sicco reliquit. Ad uagitum lupa con-
currit. eosque uberibus suis aluit. Mox faustulus pastor
collectos Acche Laurentie coniugi educandos dedit. Qui
postea Amulio interfecto Numitori auo restituerunt re-
gnum. Ipsi pastoribus adunatis urbem condiderunt. quam
Romulus uictor augurio, quod ipse duodecim. Remus sex
Vultures uiderat, Romam uocauit. Et ut eam prius legibus
muniret quam uiribus, uel regibus quam legibus, Edixit ne quis
uallum transiret. quod Remus irridens transiluit. et a Ce-
lere Centurione rastro fertur occisus. De Romulo.

ROmulus Asyllum conueniens patefecit. et magno
exercitu facto cum uideret coniuges deesse, per le-
gatos a finitimis petiit. quibus negantibus, ludos Consua-
lia simulauit. Ad quos cum utriusque sexus multitudo
uenisset, suis signo dato uirgines rapte sunt. Ex quibus



in regnum restituit. Arabdes quoque Lacedemonio filium obsidem accepit. Ludos Iunoni Samie per preconem pronuntiauit. Legatus etiam ad Prusiam, ut Hannibalem repeteret, missus. De Q. Fuluio

Quintus Fuluius nobilior consul Etholos, Orethanos que superauit. Unde ouans urbem introiit. Conatheos qui bello Macedonico interfuerant. post Antiochum defecerant, prelijs frequentibus uictos. et in Ambraciam oppidum coactos in deditionem accepit. tamen signis, tabulis que pictis spoliauit. De quibus triumphauit. Quam uictoriam per se magnificam. M. Ennius amicus eius insigni laude celebrauit. De Scipione Asiatico

Scipio Asiaticus frater Africani infirmo corpore, tamen in Africa uirtutis nomine a fratre laudatus. Consul Anthiocum regem Syrie legato fratre apud Sypillum montem, cum arcus hostium pluuia ebetati fuissent uicit. Et regni relicti parte a patre priuauit. Hic Asiaticus dictus. Post reus pecunie intercepte, ne in carcerem duceretur, Gracchus Tribunus plebis intercessit. M. Cato Censor equum ei ignominie causa ademit. De Anthiocho.

Anthiocus rex Syrie nimia opum fiducia bellum Romanis intulit. specie Lisimachie repetende. quam a maioribus suis in Tracia quondam Romani possidebant. Statim que regiam, insulas que eius occupauit. Inde Eubeia Luxuria elanguit. Aduentu Attilij Glabrionis exercitus Termophilas occupauit. Unde industria Marci Catonis

eiectus in Asiam

Caspios. Hiberos. Nunc in Orientem Partos. Arabas
atq; Indos cū magno sui terrore penetrauit. Primus in
Hyrcanū Rubrū Arabicū mare usq; puenit. Mox q; di-
uiso orbis imperio. Cum Crassus Syriam. Cesar Galliam.
Pompeius urbē obtineret. post cedē Crassi Cesarē dimictere
exercitū iussit. Cuius infesto aduentu urbe pulsus. In phar-
salia uictus ad Ptolemeū Alexandriae confugit. Huius
sub oculis uxoris, & liberorum a Septimio Ptholemei pfecto
mucrone confossum ē. Jam defuncti caput gladio pcisuz.
quod usq; ad ea tpora fuerat ignoratū. Truncus Nilo
iactatus a Seruio Codro rogo inustus, humatus q; est. in-
scribente sepulcro. Hic ē magnus pompeius. Caput
ab Attilla ptolemei satellite Egyptio uelamine inuolutū
Julio Cesari presentatū est. Qui non continēs lacrimas
illud plurimis et preciosissimis odorib; cremādū curauit.

. Finis . Laus deo.

